

Innocentius IV. papa, Prussie, Livonie,
Estonieque archiepiscopo crucem præferri
concedit

145

Qterni regis victoriosum vexillum, ex impressa
fidei potestate credentium mentibus per prædicatione:
nis in omnem terram diffusa præconia elevatum,
coram ordinata Christianorum aie proponitur
imitandum: sed illi qui aliorum curam ex in:
iuncto sibi officio susceperunt, gregis dominici
facti duces, et cum Apostolo commissis sibi fi:
delibus dicere confidentius audeant: imitatores
mei estote, sicut et ego Christi; oculos in ipsi:
us vexilli appensum signaculum et suspensum
eo indeclinabiliter debent dirigere, quo sibi per pas:
sionis iugem memoriam imprimuntur sequen:
da vestigia, ut in sui corpore portent stigmata
Iesu Christi, que sequacibus proponant evidentius
in exemplum. Tuis igitur precibus inclinati, ut
comissa tibi ecclesia in te munus recipiat gratie
specialis, et post crucifixum, crucem portis propri:
am, abnegans temetipsum, currens velocius, cum
explicaveris vias tuas, spei propositæ bravium
accepturus; quod per totam provinciam tibi metro:
polico iure subiectam, tam tu quam successores
tui, coram vobis faciatis crucis signaculum
anteferri, auctoritate vobis presentium indulge:
mus. Datum Lugduni 14. Kal. Aprilis, anno tertio.

Faint text at the top of the page, possibly a header or title.

Incipit...
Faint text in the upper middle section of the page.

Main body of faint, illegible text, likely a Latin manuscript or historical document.